



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Petit mitti in Angliam, n. 34.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1595.

quantibus tanquam excitatus occurseret, magna tolerauit patientia; eo videlicet non leui tormento voluit eum Deus exerceri potius quam ut in noctis tenebris & carceris angustijs tolleretur is cuius virtutem atque constantiam ampliori theatro destinarat. Accessit ad molestiam hyberni temporis, & carceris incommodi tam ingens frigus, vt ex aliena Religionis aduersitate que partis ductore militum expresserit humanitatem; nam cum pro antiqua notitia eum inuileret, videretque tecum tenui tantummodo solana, quam ad iter aestiuum induerat, detracto quo vtebatur ex lerico thorace vestiuit, armavitque ad reliquam asperitatem tolerabilius sustinendam. Penetravit interim in domum paternam fama captiuitatis, fratremque minorem natu incitauit ut qua posset arte succurreret. Elizabetha Regina ut Hilpano incommodaret, arma Hollandorum modò sumptu, modò milite sustentabat. Commeabant itaque frequentes ultro citroque; inter hos Capitanus is qui *Henricum* habebat in custodia: Huic le iungit frater, vnaque traxit Flissingham; vtque est solers & diligens vtraque caritas, & quæ sanguinis propinquitate, & quæ Christianæ Religionis Sanctitate nititur, postquam de commodiore tractatione conuenisseret, de lytro etiam spondit; quo partim è Belgio partim ex Anglia corrogato, post annum molestiarum, soluto pretio reuertit *Henricus Bruxellas*. Fratri suadet ut deposita cogitatione redditus ad suos Româ perget, quod eam quam suo exemplo conceperat mentem Societatis amplectendæ ( inimicâ Sanctis desiderijs superatâ morâ) quam primum in opus felici partu profunderet. Fuit ea merces opima laborum, nam suo fratribusque merito non ita multo post potitus est voto.

*XXXIV.* Non restinxerat in *Henrico* ardorem patiendi pro Christo frigus carceris, qualque molestias in alieno solo perpessus fuerat, eas in natu Perit miti in Angliam utiliores glorijsioreque futuras existimans, nullum finem faciebat cogitandi, & orandi, vt tanto eum beneficio dignari vellet Deus; nimurum diuina sapientia quos aut ad excelsa facienda, aut ad patienda aspera disponit, ijs semina iniicit cogitationum & affectuum quæ fori calore mentis & gratiæ, quem fructum cum tempore eductura sint, in herba ostendunt. *Claudius Generalis Roberto Personio* vtebatur Missionis Angliae præcipuo administratore: Ad hunc *Henricus* frequentes literas miserat testes flagrantis desiderij: Is in Hispanijs nouorum Seminariorum curæ implicitus, arbitratusque claris animi dotibus præcellentes viros non minus ad fementem, quam ad messem necessarios, *Henricum* ad se vocat; prælensis etiam animum inspecturus; habuitque apud le Hilpalij duobus mensibus; tum Vallisoleti pluribus; quo in coniunctu, & Ministri, & Confessarij munere functus memoratur. Vouerat in Belgio cum inter arma versaretur, nullum se vitae dictimen declinaturum, vbi de diuino obsequio ageretur: Hilpalij etiam familiari cuidam suo affirmauerat, nisi singulare aliquid se offerret pro diuina gloria amplificanda, omnistudio ad laboratum le, vt in Angliam mitteretur, quo breui possit consummari. Id quam ardenter optauerit non alijs signis certius ostendendi potest, quam